S J eccleſia[i] vera eſt, ipſa eſt q̄ perſecutionem patitur, non q̄ facit. queratur ab apoſtolo quam eccleſiā ſignificabat Sara quando pſecutionem faciebat ancille. liberam quippe matrem verā celeſtem hieruſalem, id eſt verā dei eccleſiā in illa muliere dicit eſſe figuratam que affligebat ancillam. Si autē melius[k] diſcutiamus magis illa pſequebat̄ Saram ſuperbiēdo, q̄ȝ Sara illam coercendo. Jlla enī dn̄e faciebat iniuriam: iſta imponebat ſuperbe diſciplinam. Deinde quero ſi boni et ſancti viri nemini faciūt perſecutionem,

S J eccleſia. ¶ Caſꝰ. Auguſtinꝰ ſuadebat Bonifacio comiti, vt hereticos perſequeretur: quod cū facere vellet, heretici duo ſibi obijciebant. Primo quia vera eccl'ia vel ſanctus homo nullū perſequi debet: ſȝ potius pati perſecutionē. Sed Auguſti. duobꝰ exemplis oſtendit: vno ſcȝ Sare, per quā ſignificatur eccleſia: ⁊ prophete dicentis: Perſequar inimicos meos ⁊c. ꝙ eccl'ia iuſte perſequit̄ hereticos: heretici vero iniuſte perſequuntur eccleſiam. Secundo obijciebant ꝙ apoſtoli a regibus terre contra inimicos nunqꝫ auxilium petierunt. Et reſpondet Auguſtinꝰ, aliud tempus fuiſſe tūc, ⁊ aliud modo. Tunc enim reges erant infideles: hodie vero chriſtiani reperiūtur. Et ad hoc probandū duas authoritates ꝓphete inducit.

i ¶ Si eccleſia. Dicebant heretici ꝙ eccleſia potiꝰ deberet pati perſecutionem q̄ȝ facere. quod improbat Auguſt. exemplo Sare, que ſignificat eccleſiam Sara que pſequebatur pſeq̄batur ancillā. Jtem probat authoritate illa: Perſequar inimicos, et comprehendā illos ⁊c. Secundo dicit quandam pſecutionem iuſtam, quandam iniuſtam.

k ¶ Melius. proprie dicitur perſequi qui ad malum perſequitur: vt. j. e. qō. v. non vos. et

ſed tantūmodo patiuntur: cu-
ius putant in pſal. vocem eſſe
vbi legitur: Perſequar inimi=
cos meos, et comprehendam
illos: et non conuertar donec
deficiant? Ergo ſi verum di=
cere vel agnoſcere volumus,
eſt perſecutio iniuſta, quam
faciūt[a] eccleſie Chriſti impij.
Iſta namq; beata eſt, que per=
ſecutionem patitur propter
iuſtitiam: illi vero miſeri, qui
perſecutionem patiūtur pro=
pter iuſtitiam. Proinde iſta
perſequitur diligendo: illa ſe=
uiendo. Iſta vt corrigat: illa
vt euertat. Iſta vt reuocet ab
errore, illa vt precipitet in er=
rorem. Qz autem dicunt qui
contra ſuas impietates leges
iuſtas inſtitui nolunt, non pe=
tiſſe a regibus terre apoſto=
los talia: non conſiderant a=
liud fuiſſe tunc temporis: et
omnia ſuis conuenire tempo=
ribus[b]. Quis enim tunc in
Chriſtum crediderat impera
tor? Quis enim pro pietate
contra impietatē leges feren=
do ſeuiret? Tunc enim adhuc
illud propheticum impleba=
tur: Quare fremuerunt gen=
tes, ⁊ populi meditati ſūt ina=
nia? Aſtiterunt reges terre: ⁊
principes cōuenerūt in vnum
aduerſus dominum et aduer=
ſus Chriſtum eius. Nondum
enim agebatur qđ paulo poſt
in eodem pſalmo dicitur: Et
nunc reges intelligite: erudi=
mini qui iudicatis terrā. Ser=
uite domino in timore: et exul
tate ei cum tremore. Quomo
do ergo reges domino ſerui=
unt in timore: niſi ea que con=
tra domini iuſſa fuerint, reli=
gioſa ſeueritate prohibendo
atq; plectēdo? Aliter enim ſer
uit quia homo[c] eſt: aliter quia
rex eſt. Quia homo eſt, ſeruit
viuendo fideliter. Quia rex
eſt, ſeruit leges iuſta precipien
tes, et contraria prohibentes,
conuenieti vigore ſanciendo.

Idem.

## Exemplo Chriſti mali co=gendi ſunt ad bonum.

Quis nos poteſt ampli=
us amare q̄z Chriſtus
qui animam ſuam poſuit pro
ouibus ſuis? Et cuz Petrum
et alios apoſtolos verbo ſolo
euocaſſet: Paulū eccleſie ſue
poſtea magnuz edificatorem,
ſed horrendum antea vaſta=
torem, non ſolum voce compe
ſcuit, verūetiam poteſtate pro
ſtrauit: atq; in infidelitatis te
nebris ſeuientem, ad deſide=
randum lumen cordis vt ſur=
geret, prius cecitate corporis
percuſſit. Si pena[d] illa non eſ=
ſet, non ab ea poſt modum ſa=
naretur: et quando apertis ocu=
lis nihil videbat: ſi eos ſaluos
haberet, nō ad impoſitionem
manus Ananie, vt eorū ape=
riretur intuitus tanquā ſqua=
mas quibus clauſus fuerat,
inde cecidiſſe ſcriptura narra=
ret. Vbi eſt quod iſti clamare
conſueuerunt, liberum eſt cre
dere vel non credere: cui vim
Chriſtus intulit? quem coe=
git? Ecce habent Paulum a=
poſtolum: agnoſcant prius in
eo cogentem[e] Chriſtum, et
poſtea docētē. prius ferientē, ⁊
poſtea conſolantem. Mirum
eſt autē quomodo ille qui pe=
na corporis ad euāgelium co=
actus intrauit, plus illis omni
bus qui ſolo verbo vocati ſunt
in euāgelio laborauit: ⁊ quem
maior timor compulit ad cha
ritatē, eius perfecta charitas,
foras mittit timorez. cur ergo
non cogeret eccleſia perditos filios vt redirent?

Idem contra Fauſtum.

## Non crudelitate, ſed dilectione Moyſes po=pulum flagellauit.

Quid crudele[f] Moyſes mandauit aut fecit Exo. xxxij.a
cum cōmiſſum ſibi pplm ſctē zelans, viuo
et vnico vero deo ſubditum cupiēs, poſteaq̄z co=
gnouit ad fabricādum ⁊ colēdū idolū defluxiſſe,
mentēq; ipudicā ꝓſtituiſſe demonibꝰ: in paucos

---

ideo dicit melius,
id eſt ſubtilius. vi=
detur tamen ex lo=
Pſal. xvij. co iſto q̄ dn̄s non
poſſit facere iniu=
riam ſeruo ſuo: ar
gu. ff. eod. qui pec=
cat. in fi. eque enim
punit dominus in=
terficiendo ſeruuz
ſuum ſicut liberuz
hominem: vt. l. diſ.
ſi qua femina. Et
ſic dico ſcđm cano=
Filiꝰ cōtra patrem et ecōuerſo agere pōt. nes q̄ filius poteſt
agere cōtra patrē,
et econuerſo: vt. ij.
q. vij. queritur. ſic
poteſt dici q̄ ſeruꝰ
poteſt agere cōtra
dominum de iniu=
ria ſibi facta ſi ſine
cauſa ſeuiat in ip=
ſum dominus, vel
ſi immoderate ſe=
uiat: licet aliud ſit
ſm leges. C. de e=
mend. ſer. l. vnica.
Nam ⁊ pater agit
contra filium cōtu
macē: vt. C. de pa.
poteſta. l. iij.
a ¶ Faciunt. i. fa
cere debent.
b ¶ Temporibꝰ.
Scꝑturas concordabꝭ ſi tēpora ꝯcordes. Concorda tempo=
ra, et concordabis
ſcripturas: vt. ij.
qō. j. ſi peccauerit.
⁊ ex tempore, loco,
⁊ perſona debemꝰ
ꝯcordare canones:
vt. xxix. diſt. ca. j. ij.
⁊. iij. ſic. xxxv. q. iij.
quod ſcripſi.
c ¶ Quia homo.
Et no. q̄ aliud fa=
cit quis i eo q̄ rex
et aliud facit in eo
q̄ homo. ſic. ff. ea.
ps. ij. duo iſta. ſic extra
de elec. qđ ſicut. in
† .§.pꝫterea. ⁊ ca. cum iter vniuerſas. i. ſi. vbi de hoc. et eſt ſi. xvj. q. j. §. ſuperiori. in p̄ra ſi. fi. † ff. quod cuiuſ.
vniuerſi. l. item. ff.
qſi ap. ſit. l. j. Jo.
Quis nos po=
teſt. ¶ Caſꝰ.
Heretici dicebant
q̄ eccleſia nō debe
bat cogere eos ad
fidem: quia liberū
eſt eis credere: nec
chriſtus alicui vim
intulit: nec aliquez
ad fidē coegit. Au
guſtinus vero do=
cet q̄ eccleſia eos
recte et licite po=
teſt ad fidem coge
re exēplo Chriſti,
qui Paulum ceca=
tum ⁊ inuitū ad fi=
dem perduxit.
d ¶ Si pena. q̄ſi
dicat ſi non preceſ=
ſiſſet pena, nō eſſet Joan. x.b.
opus liberatione.
e ¶ Cogentem. Mat. iiij.c.
Iſtud qđ de Pau=
lo dicitur, ſola di= Actu. ix.a.
uina voluntate fa
ctum fuit. nā nul=
lus cogitur recipe
re fidem: ſed rece=
ptam cogitur reti=
nere: vt. xlv. diſtic.
de iudeis. xxxij. q.
j. integritas. h.
Quid crude=
le. ¶ Caſus.
Fauſtꝰ hereticus
dicebat q̄ Moy=
ſes crudelis fuit oc
cidendo eos qui vi
tulum conflatilem
adorauerunt in de
ſerto. Sed Augu.
oſtendit q̄ hoc nō
fecit ex crudelita=
te, ſed potiꝰ in ma=
gna dilectione in
paucos vindicauit
et diſciplinā in po=
ſterū ſanxit, quod
patet p verba eiuſ
dem Moyſi: ſi di=
mittis illis ⁊c. Si=
militer et Paulus
non crudeliter, ſed
amicabiliter Corin
thium tradidit ſa=
tane, vt ſpiritꝰ eiꝰ
ſaluus fieret.
f ¶ Quid crude=
le. Probatur exem
plo Moyſi eccle=
ſiam non eſſe cru=
delem ſi hereticos
ad ſe venire com=
pellat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ¶ In verbis. Arg. ex antecedentib⁹ ꝓbari ſequentia. ſic.ꝫ.xviij.diſt.peruenit.xxxiij.q.j.cū per bellicā.xliij.di. ſit rector.ff.de leg.j.ſi ſeru⁹ pluriū.in fi.

Q Ueſitum. ¶ Caſus. Queſitum fuit ad Innocentio vtrum illi qui poſt baptiſma ſeua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, vel capitalem ſententiā proferendo peccauerūt hoc faciendo? Et reſpondet ꝙ non: q2 a deo huiuſmodi poteſtates ſunt conceſſe: ⁊ propter vindictam malorum gladius eſt permiſſ⁹ a deo. Sup his.i.de his. Diſciplinam, id eſt exilium vel correctionem.

Exo. xxxij. g. j.corꝫ. v.c. j.Ti. j.d.

b ¶ Queſitū eſt. vtrum peccēt ⁊c̄.

c ¶ Aut tormenta. De talibus autē an poſſunt ꝓmoueri, habes. ij. diſt. in ſumma.

d ¶ Exercuerūt. executores.

e ¶ Protulere. vt iudices.

f ¶ Nihil. id eſt non hoc ꝙ peccēt: q2 revera non peccāt ſi amore iuſtitie faciunt: vt.ij.e.q.v. ſi homicidium.

g ¶ Uindices. id eſt iudices.

h ¶ Authore. ſic xxvj. diſti. deinde. ſimile. xiiij. q̄oe. v. dixit.

i ¶ Aut diſciplinam. qđ facerem⁹ ſi eos dicerem⁹ peccare.

I Llud etiam. ¶ Caſus. Archieps̄ Toletanus queſiuit ab Innocentio vtrum peccent officiales qui poſt baptiſma decapitant criminoſos. Et reſpondet ꝙ ꝑncipes ſine cauſa mortē non infligunt: immo conſueuerūt committere iudicib⁹ criminoſos iudicandos: quos ſi iudices condemnauerint, erit officialis immunis ipſos interficiēdo. vel dictantes preces, intelligas tabelliones q̄ ſententiam dictant: vel qui porrigunt preces accuſatorꝝ principi de morte alicuius.

k ¶ Dictantibus. ex̄ ne cle. vel mo. ſententiam.

k ¶ Dictantibus. i. aſſeſſoribus: quorꝝ officium cōſiſtit in libellis dictandis: vt.ff.de offi.aſſeſſo.l.j. de hoc enim dubitabatur an aſſeſſor eſſet reus qui daret conſilia de morte alicuius. vel loquitur de executoribus, vel de notarijs. — Aſſeſſoris officium.

l ¶ Poſcere. i. de morte poſtulata cōſilium dare.

m ¶ Sed ad iudices. Hic habes ꝙ gladij poteſtas delegatur: qđ eſt contra id.ff.de offi.ꝓconſu. ſolēt. ſm leges non poteſt iudex delegare cauſam criminalem ſi non poſſit adeſſe: vt.ff.de offic. eius cui man. eſt iuriſdi.l.j. ſm canones ſecus: vt hic, et.ij.q.vij.ſicut.ij. et ex̄ de offi. delega. venerabili. princeps tamen paſſim poteſt delegare cauſam criminalē: vt ff.de teſt.l.iij.§.itē diuus.

Vt dic poſcere.i.a ꝑncipibus poſtulatā infligere: ſic intelligas hoc ca. de iudicib⁹ ſm L. Vel dic, poſcere.i. deferre vel denūciare aliquē reū criminis capitalis: q2 tū ē.C. ꝺ accu. ea q̄dē.

S I quos igit. ¶ Caſus. In eis Francia erāt multi fures, adulteri, et raptores: quare Grego. mandat Brunichilde regine Francorum vt eorum violentiam et malitiam refrenet: ne deus inducat flagellum gentium perfidarum quod ad vindictā multarum nationum eſt excitatū: vt quos precepta dei non reuocant nec ſe emendant, interimat peſtꝫ belli.

n ¶ Flagellum. Argu. ꝙ propter negligentiam paſtoris, vel etiā propter peccata aliquorum mittit de⁹ flagella: vt. vij.q̄ſtione.j. ſciſcitaris.

S Icut excellentiam. ¶ Caſus. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima parte rogat Gregorius Gennadium patri-

eorum vindicans gladio, quos deus ipſe quē offenderant, alto et ſecreto iudicio feriendos voluiſſet mox feriri: ⁊ in preſenti ſalubriter terruit, ⁊ diſciplinam in poſterū ſanxit. Nam eum nulla crudelitate ſed magna dilectione feciſſe qđ fecit qs nō in verbis[a] agnoſcat orantis pro peccatis eorū ⁊ dicentis: Si dimittis illis peccatū, dimitte: ſin autē, dele me de libro vite. Sic plane ⁊ apoſtol⁹ non crudeliter, ſꝫ amicabiliter tradidit hominē ſatane in interitū carnis, vt ſpirit⁹ ei⁹ ſalu⁹ ſit in die dn̄i noſtri Jeſu Chriſti. Tradidit ⁊ alios vt diſcerent non blaſphemare.

I tem Innocentius papa.

¶ Nō iputaṫ fidelib⁹ q ex officio aut tormēta exercēt, aut capitalē ſententiā ferūt.

Q Ueſitū eſt[b] etiam ſuper his qui poſt baptiſmū adminiſtrauerūt, aut tormenta[c] ſeua exercuerunt[d], aut etiā capitalem protulere[e] ſententiam. nihil[f] de his legimus a maiorib⁹ definitum. meminerant enī a deo poteſtates has fuiſſe cōceſſas, ⁊ propter vindictam noxiorum gladiū fuiſſe permiſſum, et dei miniſterio eſſe datum in huiuſmodi vindices[g]. Quomodo igitur reprehenderent factum quod authore[h] domino videtur eſſe conceſſum? De his ergo vt hactenus ſeruatum eſt, ſic habeamus, ne aut diſciplinam[i] euertere, aut contra authoritatem domini venire videamur. Ipſis autem in reddenda ratione geſta ſua om̄ia ſeruabuntur.

I tem ad Toletanum ep̄m.

¶ Immunis eſt dictator a culpa cum legum authoritas in improbos exercetur.

I Llud etiā ſciſcitari voluiſti, an preces dictantibus[k] liberū concedatur vtiqꝫ poſt baptiſmi regenerationē a principibus poſcere[l] mortem alicui⁹, vel ſanguinem de reatu: quam rem principes nūq̄ ſine cognitione concedūt, ſed ad iudices[m] commiſſa ipſa vel crimina ſemper remittunt: vt cauſa ipſa cognita vindicent: qui cum queſituri fuerint delegata, aut abſolutio, aut dānatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum authoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

I tem Gregori⁹ Brunechilde regine Francorum.

¶ In correctione malorꝝ de⁹ omnipotens placatur.

S I quos igitur violētos, ſi q̄s adulteros, ſi quos fures vel alijs prauis actibus ſtudere cognoſcitis, deū deorū correctione placare feſtinate: vt ꝑ vos flagellū[n] perfidarū gentium qđ (quātum videm⁹) ad multarū nationū vindictā excitatū eſt, non inducat: ne ſi (qđ nō credim⁹) diuine vltionis iracundia ſceleratorꝝ fuerit actione commota, belli peſtis interimat quos delinquētes ad rectitudinis viam dei precepta non reuocant.

I tem Gennadio patricio et hexarcho Aphrice.

¶ Eccleſiaſtice religionis inimici etiā bellis ſunt coercēdi.

S Icut excellentiā veſtrā hoſtilibus bellis in hac

vita dn̄s victoriarū fecit luce fulgere: ita oportet etiam inimicis eccleſie eius omni viuacitate mētis ⁊ corporis obuiare: quatenus eiꝰ ex vtroq̧ triūpho magis ac magis eniteſcat opinio: cum ⁊ forenſibus bellis aduerſarijs catholice eccleſie pro chriſtiano populo vehementer obſiſtitis, ⁊ eccleſiaſtica prelia ſicut bellatores domini fortiter dimicatis. notum eſt enim heretice religionis viros, ſi eis (quod abſit) ſuppetit nocēdi licētia, contra catholicā fidē vehementer inſurgere, quatenus hereſeos ſue venena ad tabefaciēda (ſi valuerit) chriſtiani corporis mēbra trāſfundant. cognouimus em̄ eos contra catholicam eccleſiā domino eis aduerſante colla ſubrigere, ⁊ fidem velle chriſtiani nominis inclinare. ſed eminentia veſtra conatꝰ eoꝝ comprimat, ⁊ ſuperbas eoꝝ ceruices iugo rectitudinis premat.

¶ Conciliū vero catholicorū epiſcopoꝝ admoneri precipite vt primatē non ex ordine[a] loci poſtpoſitis vite meritis faciat: q̄m apud deum non gradꝰ elegantior, ſed vite melioris actio cōprobatur. ipſe vero primas nō paſſim (ſicut moris eſt) per villas, ſed in vna iuxta eorum electionē ciuitate reſideat: quatenus adepte dignitatis melioris ingenio, reſiſtēdi donatiſtis poſſibilitas diſponatur. ¶ Ex concilio vero numidie ſi qui deſiderant ad apoſtolicā ſedē venire, permittite: ⁊ ſi q̄libet eoꝝ vie cōtradicere voluerit vel putauerit, obuiate. magis igitur ꝑfecto excellentie veſtre apud creatorē gloria ꝓficit, ſi per eā diſperſarū eccleſiarū potuerit ſocietas reſtaurari. cum enim largita mūera ad nominis ſui gloriā cōſpicit reuocari, tanto largiora[b] tribuit, quāto per ea religionis ſue dignitatē viderit ampliari. perſoluentes preterea paterne charitatis affectū, dn̄m petimꝰ ꝙ brachium veſtrum ad comprimēdos hoſtes forte efficiat: ⁊ mētem eiꝰ fidei zelo velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

Idem ad eundem.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria.

Si nō ex fidei merito, et chriſtiane religiōis gratia tanta excellentie veſtre bellicorū actuū ꝓſperitas eueniret, non miranda[c] fuerat: cum ſciamꝰ hec etiā antiq̄s bellorū ducibus fuiſſe conceſſa. ſed cū futuras deo largiēte victorias non carnali ꝓuidentia ſed magis orationibus preuenitis, fit vt hoc in ſtuporem veniat, ꝙ gloria veſtra nō terreno conſilio, ſed deo deſuper largiente deſcēdat. vbi em̄ meritorū veſtroꝝ loquatur nō diſcurrit opinio, que bella vos frequenter appetere nō deſiderio fundendi ſanguinis, ſed tantū dilatāde cauſa reipublice in qua deū coli cōſpicimꝰ, loquitur, quatenꝰ Chriſti nomē per ſubditas gētes fidei predicatione circunquaq̧ diſcurreret. Sicut em̄ exteriora vos virtutum opera eminētes in hac vita ꝯſtituūt, ita et interna morū ornamēta ex corde mūdo ꝓcedētia, in futurā vitā celeſtiū gaudioꝝ participatione glorificāt. plurima em̄ ꝓ paſcēdis ouibꝰ beati Petri apoſtoloꝝ principis excellentiā veſtrā preſtitiſſe didicimus: ita vt non parua loca patrimonij eiꝰ ꝓprijs nudata cultoribus, largitis[d] dacoꝝ habitatoribus reſtauraſſet. quecunq̧ igitur illic chriſtianiſſima mente cōfertis, horum retributionem per ſpem in futuro iudicio ſuſtinetis[e]. viij. ps

Breuiter monſtratum eſt ꝙ boni laudabiliter ꝓſequuntur malos, ⁊ damnabiliter mali ꝓſequuntur bonos. Illđ autē apoſtoli: Tu autē q̄s es q̄ iudicas alienū ſeruū: de alieni cordis occultis intelligendū eſt. Rom. xiiij. a. ¶ Q꞉ vindicta inferri poſſit, monſtratū eſt. Nūc reſtat oſtēdere ꝙ dꝫ

---

cius vt ſicut hactenus pugnauit contra hoſtes, ita ⁊ nūc pugnet contra hereticos qui contra catholicam eccleſiam colla ſubrigere volunt. In ſecūda parte rogat vt concilium epiſcoporum faciat congregari: quatenꝰ primatem eligāt qui non debet eligi ex loci dignitate, eo ꝙ in maiori dignitate conſiſtat: ſed qui maioribus meritis adiuuatur q̄ non per villas ſicut moris eſt, ſed in vna ciuitate reſideat, vt donatiſtis fortius reſiſtere valeat. In tertia parte rogat, vt ſi aliq̄ epi de numidia volūt Romam venire, permittat eos venire, et obuiet volētibus contradicere ipſis. Secunda pars incipit ibi: Conciliū. Tertia ibi: Ex concilio. Quatenus eius. ſ. excellentie.

a ¶ Non ex ordine. Nec eſt cōſiderandū quis maior ſit in loco vel ordine, ſed quis ſit iuſtior: vt. xl. diſt. non loca. et cap. multi. in fi. ar. contra. xl. diſtin. ca. vlti. et penul. Joan. †

† Et. ꝫ. j. q. vij. iudices et. lvj. diſtin. ſi gens. Archi.

b ¶ Largiora. ſi. xvj. q. j. reuertimini. Joan.

Si nō ex. ¶ Caſus. Greg. de duobus in hoc ca. cōmendat gennadiū patriciū. Primo cōmendat eum ex eo ꝙ victorias ſuas faciebat non per corporalē prouidētiam, ſed magis orationibꝰ preuenientibus: qđ in alijs ducibus non contingit. et ꝙ facit nō cauſa fundēdi ſanguinis: ſꝫ potius cauſa reipublice dilatāde. i. eccleſie. Secundo cōmendat eum, eo ꝙ quedam patrimonia beati Petri nudata cultoribꝰ dacorum habitatoribus reſtauraſſet. Opinio. i. fama: q̄ opinio loquitur. Bella nos ⁊c. et litera ſic ordinata, nō errabis.

c ¶ Non mirāda. q. d. in hoc eſt mirandū ꝙ victoriam ſolis orationibꝰ obtinetis.

d ¶ Largitis. id eſt ibi poſitis.

e ¶ Suſtinetis. i. expectatis. Jo.

¶ Breuiter. ¶ Hec eſt. viij. ps q̄ōnis, in qua probatur per quatuor authoritates ꝙ vindicta debet fieri: quia magis diligitur q̄ punitur, q̄̄ q̄ peccat ⁊ non punitur. et eſt hic incidens q̄ſtio. Jo. de fan.

¶ Caſus. Concludit Gra. ex ſupradictis ꝙ boni iuſte malos perſequuntur, ⁊ non econuerſo. Poſtea rn̄det authoritati Pauli, quā habuimus. ſ. e. q. j. §. j. dicens eā eſſe intelligendam de occultis delictis. et dicit monſtratū eſſe ſupra ꝙ vindicta poſſit inferri. Nunc vero oſtendit ꝙ vindicta debet inferri: et ad vtrūq̧ ꝓbandum inducit capitula ſequentia.

inferri:et ꝙ magis diliguntur
illi qui puniunt,  qui impuni
ti relinquunt. qđ vtrunqꝫ mul
torum authoritate ꝓbat.

**Ait enim Augu.**

**C Ad irā de⁹ ꝓuocat̃ cum ma la puniri differunt.**

SI ea de q̄bus vehemen
ter de⁹ offendit, inſequi
vel vlciſci differimus [a], ad ira
ſcendum vtiqꝫ diuinitatis pa
tiētiam prouocamus. Nonne
Achor [b] filius [c] zare preteriit
mādatū dn̄i, ⁊ ſup omnē popu
lum Iſrael ira ei⁹ incubuit: et
ille erat vn⁹ homo: atqꝫ vtinam
ſolus [d] periiſſet in ſcelere ſuo.

**I dē Auguſt. de ſermone dn̄i in monte. lib. j.**

**C Vindicta que ad correctio ne valet, non eſt ꝓhibēda.**

EA vindicta que valet ad
correctionē, non prohi
bet: que etiā ad miſericordiam
pertinet: nec impedit illud ꝓ
poſitum quo quiſqꝫ parat⁹ eſt
ab eo quē correctum eſſe vult,
plura perferre. ſed huic vindi
cte inferēde non eſt idoneus [e],
niſi qui odiū quo flagrare ho
mines ſolēt q̇ ſe vindicare de
ſiderāt, dilectionis manſuetu
dine ſuperauerit. nō enim me
tuēdum eſt ne odiſſe paruulū
filiū parētes videant̃ cū ab eis
vapulat [f] peccans, ne peccet vl
terius. et certe perfectio dile
ctionis ipſius dei patris imi
tanda nobis proponit̃, cum in
ſequētibus dicit̃: Diligite ini
micos veſtros, benefacite his
qui oderunt vos, ⁊ orate ꝓ his
qui vos pſequunt̃. ⁊ tamen de
ipſo dicit̃ ꝑ ꝓphetā. Quē enī
diligit domin⁹, corripit: flagel
lat autē omnē filium quē reci
pit. Dicit etiā dn̄s: Seruus q̇
neſcit voluntatē domini ſui, ⁊
facit non digna: plagis vapu
labit paucis [g]: ſeruus autē qui
ſcit voluntatē dn̄i ſui, ⁊ facit nō
digna, vapulabit plagis mul
tis. Non ergo niſi ipſe vindicet
cui rerū ordine poteſtas eſt da
ta: ⁊ ea volūtate vindicet, qua
pater paruulū filiū flagellat:
quē tamen ꝑ etatē non poteſt
odiſſe [h]. Hic autē aptiſſimum
exēplum dat̃ quo ſatis appa
ret poſſe peccatū amore poti⁹
vindicari,  impunitū relinq̇:
vt illum quē vindicat, nō pena
miſerū, ſꝫ correctione beatum
eſſe velit: parat⁹ ꝉtñ ſit (ſi op⁹
eſt) equo animo plura tolera
re ab eo illicita quem vult eſſe
correctū, ſiue in eū habeat po
teſtatē coercēdi, ſiue non ha
beat. Magni autē ⁊ ſancti viri
 optime ſcirent mortē iſtā
que animā diſſoluit a corpore,
formidandā non eſſe: ẜm eorū
animum qui illā timerēt [k], nō
nulla peccata morte punierūt,
quo ⁊ viuētibus vtilis metus
incuteret̃: ⁊ illis qui morte pu
niebant̃, non ipſa mors noce
ret, ſꝫ peccatum qđ augeri poſ
ſet ſi viuerēt, diminueret̃ [l]. non
temere illi vindicabant quibus
tale iudicium de⁹ donauerat.
Inde eſt ꝙ Helias morte mul
tos affecit ꝓpria manu, ⁊ igne
diuinit⁹ impetrato. quod ⁊ alii
multi ⁊ magni viri eodē ſpiri
tu conſulēdo rebus humanis
nō temere fecerūt. de quo He
lia cum exēplum dediſſent di
ſcipuli commemorantes quid
ab eo factum ſit: vt etiam ipſis
daret poteſtatē petēdi de celo
ignē ad conſumēdum eos qui
ſibi hoſpitium non prebuerāt:
reprehēdit dn̄s in eis non exēplum prophete ſan
cti, ſꝫ ignorantiam vindicandi que adhuc erat in
rudibus: animaduertēs eos non amare correctio
nē, ſꝫ odio [m] deſiderare vindictā. Itaqꝫ poſtea  Mat.
docuit eos q̇d eſſet diligere ꝓximū tanqꝫ ſeipſuꝫ, xxij.c.
infuſo etiā ſpiritu ſancto quē decē diebus cōple
tis poſt aſcēſionē [n] ſuam deſuꝑ (vt ꝓmiſerat) mi
ſit: non defuerūt tales vindicte,  uis multo rari⁹
 in veteri teſtamento. Ibi ex maiori parte ſer
uientes timore premebantur: hic autem maxime
dilectione liberi nutriebātur. Nam et verbis apo
ſtoli Petri Ananias ⁊ vxor eius (ſicut in actibus
apoſtolorum legimus) exanimes ceciderunt: nec

SI ea de qui
bus. C Ca
ſus. Oſtendit hic
Aug. ꝙ non debe
mus eſſe negligen
tes ad vindicandū,
q: occaſione ⁊ pec
cato vnius iraſcit̃
deus vniuerſo po
pulo. qđ ꝓbat exē
plo Achor.
a C Differimus.
ẜ.e. ſi is qui. ẜ. xx
viij. diſt. quia ſunt
culpe.
b C Nōne achor.
ẜ.j.q.iiij. §. itē pec
cato achor.
c C Filius. id eſt
Joſue nepos.
vij.d. d C Solus. nega
tiue exponit̃. id eſt
vtinam non periſ
ſent plures. ii.j.q.
† Et.xx j. iudices. † Ar. ta
vj.q.v. men cōtra. quia vi
epi. detur ꝙ poti⁹ de
buit parcere nocē
ti,  punire innocē
tem propter nocen
tem: vt. xiiij.q.v. de
niqꝫ. ⁊ ff. de penis.
abſentem.
EA vindicta.
¶ Ca⁹ Oſtē
dit Aug. in hoc ca.
ꝙ prelati vel iudi
ces malos punire
debent animo cor
rigendi, et ex dile
ctione. ⁊ hoc ꝓbat
quinqꝫ exēplis, ſcꝫ
patris, ⁊ Chriſti, ⁊
quorūdā ſanctorū
vete. teſta. ⁊ Helie,
⁊ Petri. ſed nō de
bent vlciſcendi ani
mo punire: ſicut vo
lebant facere diſci
puli Chriſti cū deſi
Mat. derabant ignē ce
v.g. leſtem mittere ſu
puer. per ſamaritanos:
iij.b. ſed ꝓpter hoc fue
Luce runt a dn̄o repre
xij.f. hēſi. Exemplū eſt
de Petro in fine ca
pituli. Ubi autem
alia exempla inci
piāt, ꝓ te videbis.
e C Idoneus. ar.
ꝙ null⁹ poteſt eſſe
iudex niſi habeat
charitatem ⁊ man
ſuetudinē. xlv. diſ.
diſciplina.
f C Vapulat. ẜ.
v. queſt. v. non om
nis.
g C Paucis. que
dam enim ignoran
tia pro parte excu
ſat, pro parte non:
vt. xxx.q.j. de his.
ẜ. diſt. viij. conſue
tudo.
h C Odiſſe. cum
puer non pōt odio
haberi, non poteſt
vt ingratus exhe
redari: vt. C. de in
of. teſt. ſi q̇s in ſuo.
i C Paratus. ẜ.e.
q.j. paratus.
k C Timerēt. er
go que pena ma
gis timetur, illa eſt
magis infligenda,
ſiue ſit pecuniaria,
ſiue corporalis: vt
xvj.q.vj. cognoui
mus. ⁊ ca. de lapſis.
et. j.e.q.v. prodeſt.
et expreſſe dicitur
extra vt lit. non cō
teſt. quoniā frequē
ter. in fi.
l C Diminuere
tur. quoſdā enim
deus rapit de me
dio ne malitia mu
tet intellectū eorū:
vt. j. de pe. diſt. iiij.
§. verum hoc.
m C Sed odio. ẜ. iij. Re.
e.q. ca. quod Chri xviij.
ſtus. contra.
n C Poſt aſcēſio iiij. re.
nem. illud poſt, po j.d.
tius includit diem
aſcenſionis  ex
cludit. nam al's nō
eſſent decem dies,
niſi dies aſcenſio
nis cōputet̃. lxxvj.
diſt. ſcire.

Quiſquis. ¶ Caſus. Creſconius grammaticus dicebat ꝙ inimicus dei erat qui chriſtianum perſequebatur. Sed Auguſti. reſpondet hoc eſſe verum ſi ex odio perſequebatur. ſed ſi perſequebatur ex charitate vitia que ſunt in chriſtiano, dei eſt amicus. quod probat tribus exēplis, ſcz dñi, et patris, et mariti. Et nota ꝙ a principio cap. vſqz ibi: verum. ſunt verba Creſconij: poſtea vero ſequūtur verba Auguſt. que interrogatiue leguntur.

a ¶ Quiſqs. verba Creſconij.

b ¶ Inimicus. ṡ. lxxxvj. diſt. odio. ṡ. e. q. duo iſta.

c ¶ Debet. ¶ Hominē. arg. ꝙ cū pecunia poſſumus aliquos allicere ad fidem: vt. j. e. qō. vij. qō autē. et. ṡ. xlv. diſtin. qui ſyncera. ſub tali enim conditione poſſumꝰ aliquā ducere in vxorē, vt fiat chriſtiana. xxviij. qōe. j. caue. ⁊ ca. nō oportz. ⁊ poſſumꝰ eos grauioribus penſionibus onerare vt conuertātur. j. e. q. vj. iam vero. qō ſatis admitti poteſt. ⁊ ſic in talibus ſpiritualibus licite fit pactio vbi agitur de conuerſione alicuius ad fidem. et ſic nō obſtat. j. q. ij. qṡ pio. Jo. — *Pactio quāqz licite fit i ſpūalibus.*

Mali. ¶ Ex his oibus ¶ Caſus. Cōcludit Gratia. ex ſupradictis ꝙ vindicta eſt inferenda zelo iuſtitie, ⁊ non amore vindicte. ſ. non vt odium exerceatur, ſed vt prauitas corrigatur. ſed cum vindicta quandoqz inferatur damnis rerum, quādoqz flagellis, et quandoqz ipſa morte: querit an peccet iudex vel miniſter reos occidendo.

Quod autē. ¶ Hec queſtio diuidit in. vij. partes. In prima intēdit pbare p ſex autho. ꝙ eccleſia p eis dz intercedere. Scda ibi: Hinc apparet. Tertia ibi: Seipſum. Quarta ibi: Miles. Quita ibi: Ipſis autē. Sexta ibi: Preterea. Septima ibi: Nō ſolū. Jo. de fan.

¶ Caſus. Hic intitulatur quinta queſtio qua queritur an peccet iudex vel miniſter occidendo reos? Et reſpondet ꝙ non: vt. j. e. miles. ⁊ ca. cum miniſter. dummodo faciat hoc amore iuſtitie: vt. ṡ. q. proxi. ea vindicta. ⁊ quandoqz q̄ non eſt iudex, ſine peccato poteſt alium occidere, ſcz ſi ſe defendendo occidat: vt. j. eo. cum homo. et. ṡ. diſt. quia te obnoxium. Similiter publicum latronem vel nocturnum depopulatorem agrorum poteſt occidere: vt C. quando liceat vnicuiqz ſine iudice ſe vindicare. l. vna. Et procedit hoc ordine Gratianus. Primo probat ꝙ mali non ſunt interficiendi, vſqz ad. ṡ. hinc apparet. Exinde probat ꝙ poſſunt interfici, vſqz ad. ṡ. ſi ergo. ⁊ tādē dat ſolutionē.

d ¶ Quod autē. Nulli licet occidere niſi habeat poteſtatē gladij: nec tunc licet niſi cum hoc facit amore iuſtitie: vt. ṡ. q. proxi. ea vindicta. et. j. eo. miles. Item ſi ſpes eſt correctionis, non debet occidere. ſed ſi nō eſt ſpes correctionis, poteſt occidere, vt reddere eum inutilem ad malefaciendum: vt. ṡ. q. pri. eſt iniuſta. j. e. c. rex debet. ſi autem paratꝰ ſit corrigi: nec occidi dz, nec debilitari in membris: vt hic, ⁊. j. e. c. j. ij. et iij. et hec vera ſunt ꝙ iudex ſolꝰ poteſt occidere niſi ſint aliqui nocturni depopulatores agrorum: vel ſint latrones in publicis ſtratis, quos quilibet poteſt occidere: vt C. quādo licet vnicuiqz ſine iudi. ſe ipſum vindi. l. j. et ṡ. q. iij. fortitudo. vel niſi defendendo ſe occidat aliquem. extra de homi. cap. ij. circa finem. j. e. cum homo. h. — *Occidere an ſit alicui pmiſſū.* — *Exo. xx. b. Mat. xxvj. e.*

Circuncelliones. ¶ Caſus. Quidā heretici donatiſte interfecerunt quēdam preſbyterum catholicum nomine Reſtitutū. quēdā vero aliū preſbyterū ſcz innocentiū verberantes eius effoderūt oculū, ⁊ digitum preciderūt: ppter que ſcelera cum ducti fuiſſent ad comitē Marcellianū: verberibꝰ fuſtigati, rei veritatē ſunt confeſſi. Sed q: Auguſt. timebat ne ppter talia ſcelera interficerent, ideo rogat prefatū comitē vt eos nō interficiat: licet poſſet hoc ſub diſſimulatione tranſire, cū non fuerunt a clericis accuſati, ſed a notarijs quoꝝ intereſt, preſentare. vnde rogat eū vt in monaſteriū detrudātur, vel alicui tali deputent operi, vt eoꝝ audacia refrenet: ⁊ mala q̄ fecerūt, ſalutifere valeāt emēdare.

e ¶ Reſtitutum. Proprium nomen.

resuſcitati ſunt, ſed ſepulti.

Itē Aug. contra Creſconiū grammati. lib. j.

¶ Que veritati ꝯtraria ſunt, chriſtiani pſequi debent.

Quiſquis[a] chriſtianꝰ iniquū non pſequit, Chriſti eſt inimicus[b]. verū dicis ſi non hoc in illo perſequit quod Chriſto eſt inimicum. neqz em̄ dominꝰ in ſeruo, pater in filio, maritus in coniuge (cum ſint vtriqz chriſtiani) non debēt pſequi niſi vitia chriſtiane contraria veritati. An vero ſi non perſequant, non rei negligētie merito tenebunt?

Itē Aug. ad Macedonium.

¶ Quēadmodū homo dz diligere, primū ſicut ſeipſum.

Debet homo diligere p̄ximū ſuū ſicut ſeipſum vt quē potuerit hominē[c] beneficētia, ꝯſolatione, vel informatione doctrine vel diſcipline coercitione adducat ad colendum deum.

Item Auguſtinꝰ ad Donatū preſbyterum. De eodem.

Mali ſunt phibēdi a malo, ⁊ cogēdi ad bonum.

Ex his oibus colligit ꝙ vindicta eſt inferenda non amore ipſius vindicte, ſed zelo iuſtitie: nō vt odiū exerceatur, ſed vt prauitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquādo inferatur dānis rerū, aliquando flagellis, aliquādo etiam morte: querit an ſit pctm̄ iudici vel miniſtro reos morti tradere?

¶ Queſtio. v.

Quod autem[d] nulli liceat aliquē occidere illo p̄cepto pbat quo dñs in lege homicidium prohibuit, dicēs: Non occides. Itē in euangelio: Omis qui acceperit gladiū, gladio peribit.

Item Auguſti. ad Marcellianum comitē de donatiſtis captis.

¶ Mali nō ſunt interficiendi, ſed flagellis emendandi.

Circuncelliones illos clericos partis donati quos de hyponēſi ciuitate ad iudicium pro factis eorum publice diſcipline cauſa deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, ⁊ plurimos eorum de homicidio quod in Reſtitutum[e] preſbyterum catholicum commiſerunt, et de cede Innocentij alterius catholici preſbyteri, atqz de oculo eiꝰ effoſſo, ⁊ de digito p̄ciſo fuiſſe

a ❡ Confeſſos. Coram laico. et ſic eſt contra. extra de iudi. at ſi clerici. in fine. ſed iſti propter hereſim ſunt facti de foro eius.
b ❡ Solicitudo. quia eos accuſauerat, † licet nõ ex nomine: vnde timuit ꝙ eſſet reus mortis ipſorum: vt. ꝟ. ea. vnum. in fine.
c ❡ Non facias. Arg. ꝙ in criminibus põt iudex penam tẽperare. Argu. contra. ij. q. iij. ꝟ. notandum.
d ❡ Interitu. argu. ꝙ iudex ſecularis poteſt corrigere clericos incorrigibiles: vt. ꝟ. eod. ſi audierit. extra de ſent. excõ. perpendimus.
e ❡ Sed illorum. Iudicum.
f ❡ Notariꝭs. id eſt officiarijs q̃ deferunt crimina iudicib⁹: vt. iiij. q. iiij. ꝟ. aliquãdo. ſicut teſtes ſynodales deferũt crimĩa epiſcopis. xxxv. qõ. vj. epiſcopus.
g ❡ Seruorum. id eſt quas patiuntur ſerui dei.
h ❡ Et nulla parte corporis truncati. ꝟ. q. proxi. eſt iniuſta. cõtra. ſed hic de corrigibilibus: ibi non.
i ❡ Dãnatio. no. iudices poſſe remittere penam. ſic xxij. q. iiij. innocẽs.
k ❡ Succẽſere. i. iraſci.
l ❡ Inquiſitione. id eſt p inquiſitionem criminum.
m ❡ Et a magiſtris. magiſtri non incidunt in canonẽ verberando clericos cauſa diſciplinę. ex̃ de ſen. excõ. ſuper eo. dũ tamẽ nõ nimiũ ſeuiãt in eos: vt. ff. ad legez aqui. preceptoris. quib⁹ aũt liceat alios caſtigare, habes. ꝟ. e. q. iiij. duo iſta. vij. qõ. j. ſicut. datur autẽ iſta poteſtas patri in filium clericũ quouſq̧ ſacrũ ordinẽ receperit: licet tamen ordo non liberet a patria poteſtate. vt. liiij. diſti. ſi ſeruus. ij. vnde maiorẽ ptãtẽ hz magiſter in diſcipulũ, q̃ȝ pater in filiũ: cũ magr̃ adhuc poſt ordinẽ hz eũ in ptãte, p illã decre. ſup eo. ex̃. e. cum voluntate.
n ❡ Ab epis. Non tñ manib⁹ pprijs hoc facere põt, vt lxxxvj. diſtin. non liceat. nec per laicuȝ põt hoc facere, ſed per clericũ: vt ex̃ ꝺ ſen. excõ. vniuerſitatis. Eſt ergo hic arg. ꝙ iudex eccleſiaſticus virgis poteſt punire, † et ꝙ clerici virgis poſſunt puniri: vt. v. qõ. v. illi qui. ⁊ xlv. diſt. cũ beat⁹. Io.

confeſſos[a] vnde mihi ſolicitudo[b] maxima incuſſa eſt ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legũ ſeueritate eſſe plectendos vt qualia fecerũt, talia patiantur. Ideoq̧ his lr̃is obteſtor fidẽ tuam quã habes in xp̃o, per ipſius dñi nr̃i miſericordiam, vt hoc nõ facias[c]: nec oĩno fieri pmittas. q̃ȝuis em̃ ab illoꝝ interitu[d] diſſimulare poſſum⁹, qꝛ non accuſantibus noſtris, ſed illoꝝ[e] notarijs[f] ad quos tuende publice pacis vigilãtia ptinebat, preſentati videantur examini: nolum⁹ tñ paſſiones ſeruorum[g] dei quaſi in aliene partis ſupplicijs vĩdicari: nõ ꝙ ſceleſtis hoĩbus licentiã facinorũ phibeamus auferri, ſed hoc magis ſufficere volumus, vt viui, ⁊ nulla[h] parte corporis trũcati, vel ab inquietudine inſana ad ſanitatis ociũ legum coerctione dirigãtur, vel a malignis operibus alicui vtili operi deputenẽ. vocatur quidem et iſta dãnatio[i]: ſed q̇s non intelligit magis bñficium q̃ȝ ſupplicium nuncupandũ, vbi nec ſeuiendi relaxatur audacia: nec penitendi ſalutaris medicina ſubtrahitur? Imple chriſtiane iudex pij patris officiũ: ſic ſuccẽſere[k] iniquitati memineris, vt nõ in peccatoꝝ atrocitatibus exerçeas vlciſcendi libidinem: ſed peccatorũ vulneribus curandi adhibeas volũtatem. Noli perdere paternã diligẽtiã, quã in ipſa inquiſitione[l] ſeruaſti qñ tantorum ſcelerũ confeſſionẽ non extento aculeo, ‡ nõ ſulcãtibus vngulis, non vrẽtibus flammis, ſed virgarũ verberibus eruiſti: qui modus coerctionis et a magiſtris[m] artiũ liberalium et ab ipſis parentib⁹ adhibeẽ: et ſepe ĩ iudicijs ſolet ab epis[n] adhiberi: Noli ergo atrocius vindicare qđ leui⁹ inquirendi q̃ȝ puniẽdi maior neceſſitas ẽ: ad hoc eĩ ⁊ mitiſſimi hoĩes facin⁹ admiſſum diligenter atq̧ inſtãter examinare debent, vt quibus parcant inueniant.

Idem Marcelliano.

❡ Preter ſupplicium mortis rei ſunt puniendi.

Pena[o] illorum q̃ȝuis de tantis ſceleribus cõfeſſorum rogo te vt preter ſupplicium mortis ſit, ⁊ propter conſcientiam noſtram, et propter catholicam manſuetudinem cõmendandã. Ipſe enim fructus ad nos peruenit confeſſionis illoꝝ: qꝛ inuenit catholica eccleſia vbi erga atrociſſimos inimicos ſeruet atq̧ exhibeat lenitatẽ. in tanta quippe crudelitate quecũq̧ p̃ter ſanguinẽ vindicta pceſſerit, magna lenitas apparebit. Qđ et ſi modo quibuſdaȝ veſtris illa atrocitate commotis videtur indignũ, ⁊ quaſi diſſolutionis et negligẽtie ſimile: trãſactis[p] tamen motibus animoꝝ (q̇ recentioribus factis ſolẽt turbulentius excitari) egregie luculenta bonitas apparebit.

Idem Donato.

❡ Mali prohibẽdi ſunt a malo, et cogendi ad bonum.

Vnum ſolũ eſt qđ ĩ tua iuſtitia pertimeſcim⁹: ne forte qm̃ quicquid mali cõtra chriſtianam ſocietatem ab hominibus impijs ingratiſq̧ committitur, pfecto grauius eſt: et atrocius, q̃ȝ ſi in alios cõmittatur: tu quoq̧ p immanitate facinorum, ac nõ potius

Pena. ❡ Caſus. Quidaȝ catholici ſcelerum atrocitate cõmoti iudicabant donatiſtas interficiendos q̇ homicidiũ ⁊ cedẽ cõmiſerunt in reſtitutũ ⁊ innocẽtium catholicos ſacerdotes. Sȝ Auguſt. ſcribit comiti marcelliano, rogãſ eum vt non interficiat eos, tũ ppter conſcientiã ſuã, tũ propter manſuetudinem eccleſie commendandã: ſed imponat eis aliam penã: que quãtacũq̧ fuerit mitiſſima reputabitur dũmodo pena ſanguinis non irrogetur.
o ❡ Pena. hic dicitur ꝙ ppter tria parcendũ ſit iſtis: tum quia vidẽt eccleſiã leſam habere cõſciẽtiam ſi ad denunciationẽ ſuam iſti occidantur. tũ propter ſpẽ correctiõis. tũ ppter mãſuetudinem eccleſie.
p ❡ Tranſactis. Arg. ꝙ executio ſẽtentie in cauſa ciuili vel criminali differenda eſt. xj. qõe iij. cũ apđ. Arg. cõtra. ij. q. j. ſicut.

Vnum ſoluȝ. ❡ Caſ⁹. Auguſti. rogat donatum ſuppliciter ſicut põt ne q̇ſdã he

† Hoc non habeẽ ex ter. vnde dicebat ꝟ. ꝙ iſti accuſati ſũt a notarijs curie. ⁊ h⁹ denotaẽ tur. ꝟſi. ideoq̧ ibi: q̇a non accuſantibus noſtr̃. ⁊c.

Clerici incorrigibiles poſſunt a iudice ſeculari corrigi.

Magiſter et patẽ clericum verberantes non incidũt in canonẽ.

‡ Alias equuleo.

Epus nec p ſe nec per laicum ꝟberet clericos

† De hoc etiã not. ꝟ. e. qõ. vij. his a q̇bus. in glo. virgis tamẽ ⁊c.

reticos captos occidat, quos occidi timebat: eo ꝙ graſius contra chriſtianos committitur ꝙ̄ contra alios: ſed alijs dignis ſupplicijs coerceantur, vt de ſuis peccatis valeant penitere. alioquin eccleſia operam non exhibebit vt tales heretici capiant̄: quo cõperto licentius cõtra eccleſiã iſultabũt.

pro conſideratione lenitatis chriſtiane cenſeas coercendũ. quod per Jeſum Chriſtuz ne facias obſecramus. Et paulo poſt. Ex occaſione terribiliuz iudicum ⁊ legum ne eterni iudicij penas luant, corrigi eos cupimus, non necari nec diſciplinam circa eos negligi volumus, nec ſupplicijs quibus digni ſunt, coerceri. Sic ergo eorum peccata compeſce, vt ſint quos peniteat peccaſſe. Et paulo poſt. Proinde ſi occidẽdos in his viros putatis, deterrebitis nos, ne per operaz[a] noſtram iudiciuz tale quidem perueniat, quo cõperto in noſtram perniciem licentiori audacia graſſabuntur, neceſſitate nobis impacta: vt etiam occidi[b] ab eis eligamus potius, ꝙ̄ eos occidendos veſtris iudicijs inferamus.

Idem Macedonio.

¶ Quies eccleſie, principum ſeueritate iuuatur.

Prodeſt ſeueritas vr̄a, cuius miniſterio quies adiuuatur et noſtra[c]. prodeſt interceſſio noſtra, cuius miniſterio ſeueritas temperatur ⁊ veſtra. ¶ Non vobis diſpliceat ꝙ rogamini a bonis: quia nec nobis diſplicet, ꝙ timemini a malis. Nam hominum iniquitatẽ etiam apoſtolus Paulus non tantum iudicio futuro, verũetiam de preſentibus veſtris ſecularibus poteſtatibus terruit: aſſerẽs etiã ipſas ad diſpenſationem diuine prouidẽtie pertinere. Omnis (inquit) anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit ⁊c. Hec verba apoſtoli vtilitatem veſtre ſeueritatis oſtẽdũt. Proinde ſicut dilectionẽ iuſſi ſunt terrentibus debere qui timẽt, ita dilectionẽ iuſſi ſunt timentibus debere qui terrẽt. Nihil cupiditate nocẽdi fiat, ſed omnia conſulendi charitate: ⁊ nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidet̄ vltio cognitoris, vt nec ĩterceſſoris religio cõtẽnatur: quia ⁊ plectẽdo ⁊ ignoſcẽdo hoc ſolũ bene agitur, vt vita hominum corrigatur[d]. Quod ſi tanta eſt peruerſitas et impietas, vt corrigendis reis nec diſcipline nec venie remedia ſuffraget̄, ab omni tamen intẽtione atq; cõſciẽtia quã deus cernit, ſiue ſeueritate, ſiue lenitate, nõ niſi officium dilectionis impleatur.

¶ Palea.

Hoc tñ intelligendũ eſt de illis quos preſentia ſupplicia in melius cõmutãt: non de illis qui obſtinati ſunt in malo: qui ſi ſemꝑ viuerent, ſemper peccarẽt: quorũ pena hic icipit, ⁊ in eternũ durabit.

Item Hieronym⁹ in Naum prophetam.

¶ Impreſentiarum nonnulli puniuntur, ne in eternũ flagellentur.

Quid ergo (ait) cõtra dominũ cogitatis? ipſe eſt qui creauit mundũ, ⁊ conſummationẽ eius faciet. Quod ſi vobis videtur crudelis ⁊ rigidus ⁊ cruẽtus ꝙ in diluuio genus deleuit humanũ: ſuper Sodomam ⁊ Gomorram ignẽ ⁊ ſulphur pluit: Egyptios ſubmerſit fluctibus: iſraelitarũ cadauera ꝓſtrauit in eremo: ſcitote eum ideo ad preſens reddidiſſe ſupplicia ne in eternũ puniret[e]. Certe aut vera ſũt que prophete loquuntur aut falſa. Si vera ſunt que de ſeueri-

a ¶ Per operam noſtrã. Id eſt per querelas noſtras ⁊ eſt hic argu. ꝙ ſi iudex ſuſpẽdit aliquem ad querelaz clerici, ꝙ clericus non poſſit ꝓmoueri: vt. ſ. ca. proxi. et de peni. diſtin. j. periculoſe. ⁊ ex. de exceſſi. prela. ex literis. argu. cõtra. ſ. q. iiij. maximianus. et. j. ca. non vos. et ff. de bo. lib. qui cũ maior. §. j. ⁊ eſt expreſſũ extra de homicid. poſtulaſti. c. tua.

b ¶ Occidi. Arg. eſt hic ꝓ Hug. qui dicit ꝙ clericus debeat poti⁹ ꝑmittere ſe occidi: ꝙ̄ ꝙ ipſe occidat: vt dixi. ſ. e. q. j. in prin.

Intelige ergo cum Ber. cũ hoc ca. qñ talescapere poſſumus: nõ debem⁹ eos interficere: vt h̄ dr. et hoc no. illa lr̄a occidendos veſtris iudicijs iferam⁹ ſm L.

Prodeſt ⁊c. ¶ Cas⁹. Hoc ca. diuidit̄ in duas partes. In prima commẽdat Auguſtinus imperatorez, eo ꝙ per ipſum eccleſia adiuuat̄. In ſecũda rogat eum ne malos morte puniat, ſed ad vitam reſeruet: vt deflere poſſint peccata que commiſerant. ſi vero aliter cum ſint incorrigibiles eos punire voluerit, officiũ dilectionis cõtra eos exerceat ⁊ nõ cupiditatem nocendi. et ad hoc eum multipliciter hortat̄. Secunda ibi: Nõ vobis.

c ¶ Et nr̄a. Mutuum eñ preſtant ſibi auxilium. j. ea. principes.

Rom. xiij.a.

d ¶ Corrigatur. q. d. ſiue per verba ſiue per pecuniã, ſiue alio modo, non refert. ſic. ſ. ea. q. õ. iiij. ea vidicta. Jo.

Quid ergo. ¶ Caſus. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte redarguit Hieroñ. quoſdam qui dicebant deum fuiſſe crudelem, rigidum, et cruentum: quia in diluuio genus deleuit humanũ: ſodomam ⁊ gomorram ſubuertit: egyptios in fluctib⁹ ſubmerſit: iſraelitas i deſerto ꝓſtrauit. Et oſtendit ꝙ ideo deus hec fecit in vita p̄ſenti, ne in eternum punirent̄. quod probat vno argumento cornuto, dicens: ea que ꝓphete dixerunt, aut vera ſũt aut falſa. Si vera ſunt, ergo in alia vita nõ punientur: quia propheta dicit: Non iudicabit deus bis in id ipſum. Si vo falſa ſunt, ergo ⁊ falſuz eſt quod dicitur: Nõ conſurget duplex tribulatio: et deus que ſũt in lege ſcripta nõ fecit. ⁊ ꝙ falſa ſunt dicere nephas eſt: ergo qui puniti ſunt, iteruz nõ punientur. In ſcda parte q̄rebat̄ a Hiero. ſi chriſtianus dephenſus in adulterio decollet̄ aut poſtea punietur aut non? ſi punietur, ergo falſuz eſt quod dicitur: Nõ iudicabit deus bis in idipſum. Si non puniet̄, optare debet adulter vt breui pena capitis euitet eternos cruciatus. Ad quod Hieronym⁹ reſpondet dicens ꝙ deus ſcit menſuras ſuppliciorum: ⁊ ſi quis in vita preſenti non eſt ſufficienter punitus, iterum punietur. alioquin nõ debet iterum puniri: vt ille qui maledixerat iſraelite, quia leuis culpa eius preſenti ſupplicio eſt cõpenſata. Ipſi dixerunt, ſcilz prophete. Sequẽs ca. patet.

Gen. vij.g. Gen. xix.c.

e ¶ Puniret. Ergo hoc de penitentibus tãtum: vt. j.

de peniten.diſtinct.iij.§.authoritas.nam quotidam pe na incipit hic, ⁊ durat in infinitum: vt.j.de peniten.diſt. iij.ignis ſuccenſus eſt.ſicut econuerſo quandoqꝫ remunerat aliquos temporaliter, vt eos puniat eternaliter: vt.xxij.queſt.ij.ſi quelibet.

licet teneat aliquos defendere, nõ tamẽ tenet ꝓ eis bel lum mouere: vt.C.de epiſ.audi.addictos ſupplicio.Jo.

¶ Hinc apparet. ¶ Hec eſt ſcd̃a q̃ñ in qua magiſter ꝓbare intẽdit ꝙ iudices nõ peccãt occidẽdo ſm legẽ: ſꝫ illi tantũ peccãt q ſine authoritate ⁊ ſine iuſſu diuino homines occidũt. ⁊ hoc ꝓbat per multos pa tres veteris teſtamẽti. Jo.de fan.

Tẽporaliter remunerant aliquos vt puniantur eternaliter. Naũ j.c.ſm aliã literã. al's teſtioniũ.

a ¶ Falſum eſt. q.d. ex quo falſum dixerunt in vno, dicũt ergo et in alijs: et eſt hic arg.ꝙ inſtrumẽtum vel teſtamentum ſi eſt in vno falſum, ergo in oib⁹: vt.§.di.ix.ſi ad ſacras.

b ¶ Nõ preueniri. Tunc ſententia iudicis preueniretur, ſi quis hic plene punir⁹ eſſet, qr in futuro non puniretur.

c ¶ Judicis.id eſt Chriſti. al's.ſ.terreni.

d ¶ In peccatorẽ. Non punitum hic ſufficienter.

e ¶ Exercende.in futuro.

f ¶ Iſraelitis. Id eſt deo iſraelitarũ.

g ¶ Leuis. Ecce ꝙ leuẽ dicit culpã maledicere deo cũ magis ſit maledicere deo q̃ȝ principi.ſic.C.ſi quis imp.male.l.vnica.

h **R**Eos.j. qõe viij. ſi vobis.

i ¶ Defẽdat.oẽs fugientes ad eccleſiã tenetur defendere: vt.xvij.q.iiij. reũ.et hoc verũ eſt ſiue rei ſint ſiue nõ niſi in caſibus. extra de immu.ec.inter.⁊ ca.vlt. Sed illos q̃ non fugerint ad eccleſiam, q̃ñqꝫ iuuabit, q̃ñqꝫ non. ſi em̃ eſt ſpes correctionis, dꝫ eos iuuare: vt.§.q.pxi. eſt iniuſta. Item ſi iniuſte ſint condẽnati aliqui: omnibus modis iuuabit eos. ſi autẽ iuſte: tũc temperate ⁊ nõ importune iuuabit eos: ſed tantũ intercedendo ꝓ eis, ne ex indiſcreta defenſione incidat eccleſia in malam opinionẽ: vt.xiiij.q.vlt.hi qui.⁊.§.q.iij.non in ferẽda. Et

Condẽnati et iuſte et iniuſte ſunt ab eccleſia iuuãdi.

Gen. vij.g. Gen. xix.c.

tate eius videntur dicere, ipſi dixerunt: Non iudicabit deus bis in idipſum in tribulatione. Si autem falſa ſunt, et falſum eſt[a] hoc quod dicitur: Nõ conſurget duplex tribulatio: falſa eſt ergo ⁊ crudelitas que in lege deſcripta eſt. Quod ſi verum eſt, et negare non poterunt, dicente propheta: Nõ iudicabit deus bis in idipſum in tribulatione: ergo qui puniti ſunt, poſtea non punientur. Si autem illi poſtea punientur, ſcriptura mentitur: quod nephas eſt dicere. Receperũt ergo ⁊ qui in diluuio perierũt, ⁊ Sodomite, ⁊ Egyptij, ⁊ Iſraelite in ſolitudine, mala ſua in vita ſua. ¶ Querat hic aliquis ſi fidelis deprehenſus in adulterio, decolletur: quid de eo poſtea fiat? Aut enim punietur: et falſum eſt hoc quod dicitur: Non iudicabit de⁹ bis in idipſum in tribulatiõe. Aut non punietur: et optãdum eſt adulteris vt impreſentiarum breui et cita pena cruciat⁹ fruſtrentur eternos. Ad quos reſpondebimus, deum vt ⁊ omnium rerum, ita ſuppliciorum quoqꝫ ſcire menſuras, et non preueniri[b] ſententia iudicis[c]: nec illi in peccatorem[d] exercende[e] dehinc pene auferri poteſtatem, ⁊ magnum peccatum magnis diuturniſqꝫ elui cruciatibus. Si quis autem punitus ſit, vt ille in lege qui Iſraelitis[f] maledixerat, ⁊ qui in ſabbato ligna collegerat: tales poſtea non puniri, quia culpa leuis[g] preſenti ſupplicio ſeueritatis compenſata ſit.

Item Gregorius papa.

¶ Qui rei ſunt ſanguinis, ab eccleſia defendi debent.

**R**Eos[h] ſanguinis defendat[i] eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat.

